

olim Pharmacopœi fuerint: iij qui & Medici, reges videlicet & principes.

Mandat Hippocrates: εἴς ωδήσεις οὐλέτερη παρ-  
έξοδοι, η λιτοτέρη περὶ τὰς Ὑποθημίας, η Διά-  
χρέων. Hunc simpliciorem medicamen-

Testimonij

idem com-

probatur.

De Ele-

gātia num.

132.

torum apparatus, Medici manibus ad-  
ornandum, in primis esse Chymicum,

affirmat Theodorus Zuingerus, tanquam

vniuersæ Pharmacopœiæ præclarum  
compendium: ut quantò is breuiore est,  
tantò sit etiam efficacior, & quantò effi-  
cacia, tantò maiorem diligentiam in  
præparando, & in utendo fidem requi-  
rat: quandoquidem

— mediocribus esse Chymistis

*Non Dij, non homines, non concessere pe-  
nates.*

Hippocrates etiam in tractatu de Medico, non solum medicamentorum appa-  
ratorū, sed & *in integris Medicatrinæ cu-*

*ram summoperè commendat medico.*

*Quod si in Iusurando profiteatur, ne-  
quaquam cum omnibus, artis præcepta  
& documenta, sed ijs tantum genuinis  
discipulis, qui iuramēto medico fidem  
suam adstrinxerint, se communicaturū:  
an is temerē prophano homini & à me-*

P dica